

Haec conscribendi occasionem dies dedit item iucundissimus et felicissimus, Regis optimi natalis, quem Academia nostra et oratione *de vero Universitatum litteriarum flore* a FRANCISCO Passovio, Viro doctissimo, Phil. D. et P. P. O., habenda et renunciandis ab eodem nominibus eorum, qui ex certamine litterario Regis munificentia ornato victores prodierint, celebrabit. Quibus rebus hora locoque solenni peragendis Extraordinarium Commissarium Regis et Curatorem Academiae Excellentissimum, Proceres civitatis, qui in hac urbe degunt, gravissimos, Commilitones generosissimos, ut interesse velint, ea, qua par est, observantia rogamus, invitamus.

Scriptum Vratislaviae Cal. Aug. MDCCCXXV.

# JOAN. FRIED. BLUMENBACHIO

EQ. GUELPH.

V I R O

DE OMNI SCIENTIA NATURALI  
UNI OMNIUM MAXIME MERITO

UNIVERSITATIS GEORGIAE AUGUSTAE  
DECORI EXIMIO

DIE XIX. SEPTEMBRI MDCCCXXV

SUMMORUM IN MEDICINA HONORUM

SEMISAECULARIA

FAUSTIS OMNIBUS CELEBRANTI  
GRATULATUR

ORDO MEDICORUM VRATISLAVIENSIMUM

INTERPRETE

JOANNE EV. PURKINJE,  
P. P. O.

SUBJECTAE SUNT SYMBOLAE AD OVI AVIUM HISTORIAM ANTE INCUBATIONEM,  
CUM DUOBUS LITHOGRAPHIS.

VRATISLAVIAE,  
TYPIS UNIVERSITATIS.



... 1770. Iamque ab aliis etiam in libri publicis bibliothecis hinc anno  
dilectus est, ut etiam aliquot annos postea, id est anno 1774, quod  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
etiam in libro publico, etiam in libro publico, etiam in libro publico,  
**Haud ignoras, Vir Illustrissime, venerande senex, fabantiquissi-**  
mis inde temporibus maturam mortem inter maxima divinae pro-  
yidentiae beneficia esse repositam, quam opinionem a sapientissimi-  
mis orientis populis hereditario quasi jure receptam Graeci Romanis  
tradiderunt, neque nostra defuerunt aetate, qui pervulgatum  
illud ὅν οἱ θεοὶ φιλόνοις ἀποδημήσεις νέος, iterum iterumque sibi occi-  
nerent. Qui omnes quanto versentur in errore haud scimus, an  
nulla alia ratione plenius et facilius evinci queat, quam talis, qua-  
leum Tibi contigisse laetamur, senectutis contemplatione. Quae-  
cumque enim vitam humanam honestant atque illustrant, virtutes,  
merita, honores, haud uno die proveniunt sed diuturno tantum  
temporis impensi usu conqueruntur. Plurimis vero, qui ad prae-  
stantissima quaeque adnitentes in fervidam arenam descenderunt,  
optatos longi curriculi fines adtingere, a supremo numine haud est  
concessum. At quanto rarius pari gressu incedentes videmus vir-  
tutes debitaque virtutibus praemia, tanto laetiores bonorum om-  
nium sunt acclamations, si id, quod optimis viris expetimus,  
uni datum sentimus.

Tua vir Excellentissime in universam eruditionem merita enumerare ac recensere et ambitiosum foret, et Tuae repugnant modestiae, immo pagellas nostras longe superarent, neque honores Tuos augere praeter Temet ipsum quisquam mortalia valeret. Id vero a nobis non potuimus impetrare quin diem hunc, dubitamus utrum feliciorem Tibi an gloriosiorem, silentio praetimitteremus. Serena igitur ut soles fronte leve hoc quod Tibi obtulimus munusculum eademque qua oblatum est mente accipias velimus, et quamvis nihil habeamus Tibi relictum, quod felicitati Tuae votis praecibusque nostris possimus addere, id tamen, cum propter universitatis quam ornas gloriam, tum propter communem totius reipublicae literariae salutem, cui Tu unus omnium maxime consulis et prospicis, a supremo inumine precamur, ut multos adhuc per annos valens valentibus intersis serisque ad coelum redeas, quod ratum esse jubeat.

... the final report to D. O. M.

and p. 107, 1933). The upper part of the profile is characterized by a thin, light-colored, sandy soil, which is interpreted as a loess deposit. Below this is a thick, dark brown, silty soil, which is interpreted as a loess deposit. This soil is overlain by a thin, light-colored, sandy soil, which is interpreted as a loess deposit. The lower part of the profile is characterized by a thick, dark brown, silty soil, which is interpreted as a loess deposit.

# OBSERVATA NONNULLA

ad ovi avium historiam ante incubationem.

Inquisitiones de ovo incubato, facile cum portentosis illis expeditionibus aequiparari possunt, quas ehem armigeri, honoris cupidi, felici aut aerumnoso eventu iterum iterumque subire non defatigabantur.

Habet res quidpiam mysterii, quod, quum sub oculis ipsis, in luce diurna agatur, post conatus faustos irritosque, spem semper denuo resuscitat confortatque, naturae tandem formantis modos, saltē hanc in partem, per omnes ejus trāmites penitus assequendi. Et ego hanc operā machina incubatoria instructus, et oculorum aciei in microscopicis paullulum confisus, per labētem aestatem severiori cōnamine adgredi ausus sum.

Primitias huius laboris, et quasi praeludia, Vir Perillustris! qui ipse  
haec in re plura elegantissima specimina praestitisti, semisaecularis Tua dec-  
coratus laureae tanta cum gloria gestae festivitas, per omnem doctorum or-  
beim celebrata, Tibi vovendi dulce officium intulit.

Ignoscas quaeso paterno more, novo homini, et fors immaturis conatus, si quae opere in fami arduo virium imbecillitatem fefellerunt, ignoscas etiam angustiis temporis et academicis laboribus, novitio adhuc, obruto, si non, sat decori apparatu litterario, aut omnem anatomes comparatae penum

in meas trahens partes, coram te appareo. Rem simplam paucis efferam,  
Tu opulentissime facile supplebis.

1.

Dum ego prima stamina evolventis se pulli curiosus retro persequor, tandem, qua via patebat, ad cicatriculam vitelli in ovario retrogressus sum. Ovulum ovarii, uti notum dupplici membrana, quas junctas calycem vocant, instructum est. Harum prior tenuis et sat firma, sacci aëriferi abdominalis propages, per petiolum ovi vasa sanguifera dicit et reducit, laxis cellulis alteram ambiens, donec in stigmate sigmoideo ei penitus accrescat. Membrana secunda crassiuscula, cujus externa facies asperior ultimas vasorum ramifications excipit, hujus plaga interna tomentosa, poris sanguiferis aequalibus distantiis notata.

Sequitur denique propria vitelli cuticula, inorganicam dices, tenuissima, cui stricte vitellus cum cicatricula subest. Totum ovarii ovum, dum ad maturitatem vergit, aliquantulum oblongum est, et ab una parte ad alteram paulisper complanatum, quae forma epistomio infundibuli oviductus respondet. Minora ovula ad sphaeram accedunt, minima, e tunica ovarii vix media sui parte emergunt.

Cicatricula plagam unam alteramve ovuli notat, petiolo plerumque proprior quam stigmati, quamvis etiam sub petiolo ipso aut plane sub stigmate invenerim, numquam tamen in extremitatibus, ne quum longa axi in initiosis oviductus promovet vitellus, chalaza obtegatur. Internam paginam membranae vitelli semper strato tenuissimo et aequabili globulorum obductam inveni, qui sub microscopio magnitudinem et figuram sanguineorum, majorem tamen his pelluciditatem exhibebant, caeterum organico modo dispositi, non fortuitam indigestaque molem praeseferentes. In viciniis cicatriculae stipati magis globuli isti, zonulam latitudinis undique plusquam semilineae constituunt, cujus internus circuitus cumulum eorumdem globulorum mammaeformen albescentem, duarum fere linearum, ad interiora vitelli vergentem exhibit. (Fig. 1—4.) In cacumine

cumuli porus pellucidus, ab utraque pagina cicatriculae conspiciendus, formae circularis integerimae offertur, cuius diameter sextam fere partem lineae metitur. Porus hic in cicatrica ovorum enixorum, et qui in utero atque oviductu latent, nusquam invenitur, neque apud autores discrimen quoddam inter cicatriculam ovi et ovuli ovarii maturi assignatum reperi. Rem inde curatius inquirere momenti cujusdam esse judicavi.

Sub lente itaque simplici, cujus focus lineam sesquialteram metitur, aciculis chalybeatis, cumulum illum mammaeformem centrum versus destruere institiui, donec ad porum pellucidum pervenirem. Iterato conatui nil concessum erat, nisi cuticulam quamdam tenuissimam dilacerare, quae humorem limpidum includebat. Formam quamdam globularem subesse magis auspicari quam clare cognoscere datum fuit. Casus tandem fortuitus multifaria et frustranea juvit conamina.

Dum aquam, cui objecta submersa erant, sugendo aufero, cumulus descriptus, in umbone fundi vasis vitrei ad siccum redactus, collabitur, et fere diffluit, adeoque porus ejus centralis, uno adhuc fere suo diametro undeque dilatatur. Haec dum lentis ope perlustro, vesicula formosissima, parte margine pori adhaerens parte libera, haud parum mirabundo mihi offertur. Jam porro eam penitus solvere, et solam atque integrum sistere non difficile erat. (Fig. 5—9.)

Porum itaque, qui medium cicatriculae cumulum pertundere videtur, vesicula minutissima occupat, quae substantiae illae globuliferae immersa, duas tantum facies, unam versus membranam externam vitelli, alteram per colliculi cacumen, cratero ibi parvulo circumdata, versus vitelli interiora liberas praesentat, ita tamen, ut ibi aliquantulum membranae adhaereat ut, facile, dum ab ea solvit, dilaceretur, hic vero stratum simplex globulorum invicem cohaerentium per eam continuetur.

Quodsi hanc vesiculam penitus enucleare successit, reperies eam sphaerae paullulum complanetae figuram referentem, cuticula tenuissima obtectam, humorem diffuum limpidissimum continentem. Aliquoties zonulam ex substantia alba colliculi residuam, in peripheria sua horizontali gerebat, plerumque tamen faciliter opera penitus liberam ab his sistere contigit, non semel etiam

vestigia adhaerentis membranae vitelli conspicienda erant (Fig. 8.) Ex his itaque in dubio adhuc remansit, an latere suo et colliculi substantiae undique accreta sit, aut an ora pori membranis specialibus occludantur, visiculam vero post permultas inquisitiones integrum et sui juris, dubium non erat.

Si licet in re tam subtili sensuum manuumque habilitati imaginatione succurrere, dicerem, ex marginibus pori membranulam ad circumferentiam vesiculae accederet, et per utrumque ejus internum et externum hemisphaerium continuari, salva adhuc propria vesiculae cuticula. Habet itaque cicatricula ovi ovarii partem specialem et sibi propriam, vesiculam sphaericam subcompressam, membranula tenerrima constantem, infossam cumulo albo mammaeformi et globulis composito, in medio pertuso, quem zonula plana albescens circumdat. Haec internae paginae membranae vitelli ita applicata sunt, ut cum ea semper a vitello secedant.

Jam imaginatio praecox in vesicula hac germen inquillimum, ex quo deinceps pullus evolvatur, auspicabatur. Proximum itaque erat, cicatriculam ovi recentis, ante omnem incubationem, summa cura perscrutari, quamnam in eo vesicula nostra metamorphosin subeat. Novum quidem discrimen se offerebat, quod cicatrica membranae vitelli non adhaereat, quum illa ovi ovarii non sine difficultate ab ea discedat; contra vero haec a subjacente vitello facile solvitur, illa vero sat arcte vitello accreta est. Zona cicatriculae ovuli tenuis adhuc et arcta in colliculum transit in quo substantia plastica quasi concentratur; in cicatrica ovi omnia in latum dispersa sunt, colliculus jam dissolutus, blastoderma ubique spissitudinis aequalis semipellucidum, neque ullum vestigium vesiculae offerens. Cicatrica ovi dupplicem circulum format, quorum exterior vitello adhaeret, interior, qui a priore continuatur, fossula plana (Malpighii colliquamento) a vitello separatur. Fossula haec circularis in vitello residet, in medio umbonem albicantern offert (nucleum Panderi) viscida semipellucida materie obductum, cui granula alba farinae instar inspersa sunt. Eadem granula interiorum etiam faciem adspergunt, excepto centro, quod nucleo incumbit quin adhaereat. Blastoderma hic semipellucidum ita ut interstitium fossulae umbrosum plumbeo colore

compareat, nucleus vero albido pelluceat. (Fig. 9—11.) Vesicula itaque ovuli in ovo disrupta, et in colliquamentum mutata esse videtur. Sequebatur cicatriculam inquirere, dum aut ovum in utero est, aut vitellus in tractu oviductus. In priori eadem reperi quae in enixo. Ast neque in vitello oviductus ullum vesiculae vestigium aderat, quamvis initio quidem, dum adhuc ad infundibulum haeret, colliculi residuum aderat, a vitello facilius separandum. Videtur itaque vesicula dum vitellus semifluidus ab infundibulo excipiatur, a contractionibus oviductus disrumpi, atque ejus lympha cum substantia colliculi ita misceri, ut inde colliquamentum illud cum granulis albis enascatur, a residuo colliculi nucleus formatur. Proximo erat quod se offerebat opus, eandem vesiculam in cicatriculis minorum adhuc ovulorum inquirere, quod facillimo negotio, praesertim in illis successit, ubi substantia vitelli solitam nondum spissitudinem adepta, emulsionis instar diffusa, ovulo sub aqua discesso membranam vitelli continuo liberam sistebat. Conspicitur tunc in interna ejus facie vesiculari prominula diaphana, halone exili materiei albae globulosae, quae in ovulo maturo cumulum constituit, circumdata. Membrana vitelli consistentiae tunc molissimae est, et strato globuloso crassiusculo obiecta. Magnitudo vesiculae a primis initis ad maturitatem usque, non eadem serie crescit, qua ovula integra. In minimis, vesicula vix dimidiā partem minor est quam in perfectis, ita ut tunc fere totum loculum vitello destinatum adimpleat. Si evolutionis decursum respicias, dices, vesiculam primum esse in ovulo, quod germinando movetur, ast lento gradu, qui a vitello postea ejusque velamentis ad maturitatem usque, longe superatur, ita ut si mathematico modo efferas duae series aequalis longitudinis formentur ab aequalibus quantitatibus exorsae, quarum una tardius crescit, altera celerius augetur, ut quum membra prima rationem fere aequalitatis servent, ultima pluribus millibus ab invicem discrepent. In ovulis jam diametri unius lineae et infra sublente mediocri macula circularis, umbrosa ob pelluciditatem ab externis conspiciatur, vesiculae respondens. (Fig. 12—15.) Facillime deprehenditur in ovulis quatuor aut sex linearum, ubi, membranis sub aqua discessis, et extracta vitelli membrana

continuo patet. Atque huc referendum puto locum Tiedemanni\*) ubi cicatriculam ovis Graafianis in mammalibus analogam, primum quod in ovo evolvitur, formamque ejus vesiculam compressam aut maculam albam esse dicit. Non ecquidem adeo difficile negotium est vesiculam hanc parvulis in ovis detegere, ubi substantiae albae globulosae nondum immersa est; in maturis ovis difficilius opera haec succedit. Methodus, quam primo momento casus mihi fortuitus obtulit, me etiam postea maxime juvit. Cumulo nempe cum poro suo, cautissime a membrana vitelli pistilli aut aciculae incurvae ope sub aqua deterso, ad fundum vasis qui convexus sit oportet, descendere sinas, aqua deinde resorpta cumulus dilatabitur, vesiculamque revelabit, quod si non primo, saltem iterato negotio succedet. Apprime vero caveas, ne objectum simil cum aqua resorbeas destruasque. Consistens nempe vesiculae admodum tenera est, ut in minoribus ovis ad instar bullae aqueae a contrectatione levissima dissiliat.

Jam de significatu vesiculae hujus meditanti, proximus cogitatus se offerebat, esse fors vestigium coitus galli, et fore, ut in ovis gallinarum quae gallo socio usae non essent non inveniatur. Ast et in gallinis ejusmodi quae solae degebant, et quorum ova omnia subventanea, documenti caussa, inventa sunt, vesicula non deerat, quamvis, ut mihi videbatur, tenuior, et multo difficilius enucleanda.

## 2.

De evolutione vitelli pauca tantum adnotanda invenio. Initio quidem vesicula miliaris pellucida e membrana ovarii exanthematis forma numerosissime procrescens cernitur. Vitellus tunc lympha fluida pellucida est, a vesicula cicatriculae vix distinguendus. Jam dum ovulum lineae diametrum attigit, turbatur subalbidus vitellus et vesicula per membranas externas transparet. Dumi jam pisi magnitudinem adeptum est, vitellus colorem fere lactis spissioris subflavescens induit. Tunc distinguendi globuli oleosi

quamvis rariores, praevalente humore seroso et albuminoso. Ita crescente magnitudine vitellus magis flavescit, donec in maturissima ovo colorem fere aurantium induat. Vitellus in ovo maturo, ac dum adhuc in initiosis oviductus latet, multo etiam viscidior tenaciorque invenitur quam ante fuit, et quam postea evadit dum albumen adducit, et fors partem aliquam ejus fluidam in se trahit. Jam ex eo, quo flavescere incipit, distinquitur in centro ejus substantia albidior fluidiorque, quam in maturis, cicatriculae propriem invenies. Alba haec vitelli substantia in enixis primum ovis luculentissime observatur. Est profecto ea, quae Belliniano quondam problemati ansam praebuit, nec jam solummodo in ovis coctis, sed in recentissimis quoque, et in omni vitello ex quo distinctus appetet, invenienda. Dum nempe forficula Cowperiana, a cicatricula incipiens, partes vitelli sub aqua exscindis, superficies inde ortae zonas tres concentricas diversi coloris praesentant, quarum externa pallidior, media coloris flavi saturior est, interna rursus pallidior latebram substantiae albae fluidioris circumdat, cuius latex uti in centro residet, versus cicatriculae nodum canalem subtilem producere videtur. (Fig. 16-18.) Ceterum centrum hoc album, cum ambientibus concentricis stratis, tantam similitudinem cum cicatriculae forma praesefert, ut mirum non sit aliquantum posterum judicium unum cum altero commiscuisse, praesertim quum in ovo coctione indurato cicatricula quae albuminosae est substantiae, ab albumine cui adhaeret, vix distinqui possit.

Substantia haec alba in latebra centrali vitelli contenta, sub microscopio spectata, constat globulis albis majoribus albumine invicem junctis, ejusdem fere consistentiae et formae, quae est substantiae, colliguamentum cicatriculae occupantis, ita ut compareat, vigore quandam metamorphosis relationem inter locum utrumque. In vitellis coctis commodius est, hanc vitelli compagem inquirere, dummodo persuasum habeas, non coctione primum fuisse productam. Non semel tunc inter primum stratum et medium lamellam sphaericam albuminis coacti inveni, aut a centro albuminosas huc et illuc productiones, praesertim in ovis quae aliquot horas jam incubationi subjecta erant. In vitello cocto comparet latebram centralem saepe irregula-

rein offerre figuram et simul cum hiac strata concentrica irregularia quoque evadare. In vitello cocto latebra centralis materiam lacteam saporis subsalsi continet, ut inde manifestum sit, chemicam ejus constitutionem a reliquo vitello differre. In pluribus ovis internam vitelli substantiam oleosam semipellicidam profunde luteam reperi, nec mihi, a quibus conditionibus debeat, hucdum compertum est. Quas ulteriores mutationes subeat vitellus sub incubatione, quomodo halones circa cicatriculam in eo fermentur quomodo albumen paullatim ei misceatur, seniori disquisitioni relinguo. Eorum pace, qui microscopicis delectantur observationibus adhuc adjicio, vitellum coctum, qui faciliter opera in pulverem discedit, cum illos elegantissimorum corporis colorum crystallorum formam imitantium exhibere, ita tamen, ut ex diversis vitelli locis de prompti diversam exhibeant speciem.

3. Vitelli membrana tenerrima aequabilis et pellucidissima est, neque sub microscope quantumcumque dilacerata aut versata ullam organicam structuram prodit. Vesiculam format integerrimam, undique clausam neque ulla poro instructam. In ovulo ovarii initio quidem vix distingues a stratis globulosis, qui a vitello peripheriam versus deponuntur; tunc etiam vesicula cicatriculae ita juncta est, ut una ab altera sine laesione separari non possit. Etiam in ovo maturiori membrana vesiculae cicatriculae huic vitellinae adeo accreta est, ut non raro, dum leam solvendo laceres, vestigium circulare relingnat. (Fig. 8\*.) Atque ita videtur vesicula quasi in membrana vitelli ipsa nidulari et cum ea evolvi. Quamdiu vitellus in ovario haeret, membranae ovi exterae relate ad vitellinam adeo crassae sunt, ut mea quidem experientia nulla arte a membrana vitelli penitus afferri possint quin haec laedatur. Operae pretium esset inquirere, quale commercium inter hanc membranam et internam faciem membranae externae vasculosae in ovulo ovarii intercedat, quo fiat ut sanguis secretioni substantiae vitelli inserviat. Hoc certum est, tunc membranae vitellinae paginam internam omnem esse globulis aequalibus pellucidis, ad sanguineorum formam accendentibus obductam, quos facile

a globulis oleosis vitelli distinguas. Hos quoque globulos etiam inter membranam secretoriam et vitellinam invenire licet. Quomodo vero per eam ad interiora penetrant ita imaginor. Albumen oxy fluidum facile sub aqua membranulas format, quae dum eas acicula perturbit iterumque extrahitur continuo rursus coeuntur. Harum membranarum aliqualem naturam praeseferre membranam vitelli autem, ita ut filamentis firmioribus pori albuminosi intersint a globulis filiis, quin integritas membranae laedatur, penetrandi. Hie fors modus penetrationis per omne corpus organicum obtinet, quo fit, ut quaedam aut ulterius moveantur per interstitialia albuminosa, continuo post separationem occludenda, aut in illis haereant materiemque adaugeant, incrementum ejus promoveant formamque alterent, aut substantiam quam tangunt cogendo canales apertos parent.

4. Membrana vitelli in infundibulo adhuc haerentis rugosa appareat et sat ductilis, ut vitellus, qui tunc viscidior majorisque consistentiae est, figuram valde oblongam assumere valeat, quod necessarium erat, ut vitellus canalem sat strictum infundibili, quin membrana dilaceretur ad laxiorum ambientum oviductus permeare possit.

4. Jam duum ovulum ovarii ad maturitatem virgit, petiolus ad dimidium fere pollicem producitur, ita ut ovulum maturissimum praeceteris uropygium versus pertingat, et a subjacentibus intestinis muscularum abdominalium oper ad epistomium late patens infundibuli apprimatur. Stigma dein sigmoideum ovuli, magis magisque pallescit, et quamvis non extenuetur, ita tamen mollescit, ut facilima demum opera dilaceretur vitellumque effundat. Membrana tunc externa vasculosa rete laxum e venis tenuibus et latis continet, quod utrinque ad stigma surculis in pectines elegantissimos distributis inchoatur. Videtur esse apparatus resorptorius, quo substantia stigmatis sensim sine sensu solvatur vitelloque exitum paret. Stigma non ultimis primum temporibus in ovulo comparet, sed jam in ovulis uncialibus quae

caeterum semipellucida sunt lineola albante turbidiori manifestatur. Cur signoideum sit stigma cito interpretari. Cogites tibi calycom apertum, cuius apertura longitudinalis margines duo laterales, quivis lobo sinuque interstructus, margoque unus alterius aptatus est, ut lobus unius sinus oppositum alterius superpetegat, unde duplex valvula aut potius harmonia oriatur, quae firmatatem internae addat compaginibus concussione. Validiori substantia contenta ad externa truditur. Simil ratione in cranii suturis loborum sinuum que vices sibi invicem aptati quamvis apparatu ligamentoso jungantur, componunt tamen vallopare adjuvant.

Dum gallinam recens madatam, quae ovum jam perfectum in utero gestit aperis, intestinaque removet, quo organa ovipara libere pateant, tunc omnem oviductum et uterum motibus continuis peristalticis convulsu reprehendes; praesertim si aquae tepidae submergas, ubi dein fasciola sinuosa quae epistomium infundibuli coronat amoenissimis contractionum, expansionumque vicibus crispatur. Quodsi, irritando partes, veram harum motilium muscularibus manifestissimis et numerosissimis instructum esse nemo negabit, qui attentus observaverit. Fons non supervacaneum erit descriptioni hujus apparatus unam alteramne pagellam vovete.

Mesometrium tempore illo quo gallinae ova parvunt non meseraunt, est, quale intestinis vasa suppeditare solet, sed verus musculus aut potius membraria muscularis. Distinguitur duplex mesometrium, inferius et superior. Inferius punctum fixum in inferiori facie uteri habet, ubi plexus fibrarum muscularium cruciformis (Fig. 19) sat densus ex utroque latere ad uteri ambitum exporrigitur; posterius in loco ubi vagina utero inseritur sacculum musculosum sat laxum format, qui sub partu vaginam ab ovo dilatatum ambit et protractionem ejus adjuvat; antrosum vero in mesometrium inferius flabelli instar dilatatur, cujus peripheria ab insertione oviductus

in uterum incipit et in insertione posterioris anguli epistomii terminatur. Alter epistomii angulus in ligamentum sat compactum elasticum, fors totum quantum muscularare colligitur, quod ad radicem costae penultimae lateris sinistri insertum est \*) (Fig. 19). In medio hujus ligamenti pars superior membranae sacci aeriferi abdominalis circum circa affixa est. A ligamento isthmo lamina mesometrii superioris originem dicit, et ad latus sinistrum columnae vertebralis ex peritoneo simul cum sacco aerifero exorta, ad uteri parietem dorsalem usque continuatur. Exinde fibrae musculares ad superiorem partem oviductus descendunt, in cuius superficie attenantur adeo ut visu vix colligi queant, et membranam muscularam oviductus tenerimani formant, mesometrio inferiori occurunt. In infundibulo membrana interna oviductus glandulosa maxime attenuatur, donec ad limbum ejus penitus dispareat, muscularis vero mesometri continuatio evolvitur magis, ita ut ille limbus totus quantus est substanitia musculari contextus compareat. Formant vero fibrae muscularares limbi rete tenerrimum maximè complicatum, cuius maculae marginem versus continuo minores crebrioresque evadunt atque in margine subcrenato subtilissimi desinunt. (Fig. 20.) Directio principalis fibrarum transversa est. In fissura media longitudinali ita ex utraque parte limbi concurrent, ut ibi suturam transversim striatam efforment; ubi vero epistomium in infundibulum apertum est, ibi per ejus parietes continuantur. Aliae praeterea fibrillae parallellae marginibus epistomii prioribus transversim intertextae sunt. Fibrillae haec ab extremitatibus epistomii a ligamento et ab utero originem ducunt et omnem eius longitudinem ex utraque parte percurrent. Hae dum contrahuntur crispationem potissimum fibras faciunt. Atque inde mobilitas mira epistomii de qua supra locuti sumus derivanda est. Reliquae fibrae muscularares mesometrii longitudinales ad oviductum protenduntur, plicis oblongis ac ramifications inter se communicant, seque invicem perplectunt, ita tamen

\*) Distinguendum hoc ligamentum ab eo de quo Fabricius loquitur, quod potius pars mesometrii est ad basim ovarii producta.

ut interstitia pellucida refelinguant, isolis membranae serosae laminis occupata, caeterum va nivorum filis tenuissimis transversim, a vasis secundariis quae oviductum adeunt sub angulo acuto intertexta; vasa vero principalia proxima insertioni mesometrii e longinquo (cum) oviductu parallela decurrent. Non ubique latitudo mesometrii aequalis est. Prout nempe oviductus tribus flexuris sursum deorsumque sinuatur, mesometrium etiam brevius aut laxius evadit. Fibrillae musculares mesometrii, ubi oviductum jamjam attin- gunt, bifurcantur, neque amplectentes membrana musculari tenerrima obducunt, in qua fibras longitudinales quas auctores adnotant, frusta quae siveris, nisi in ultima parte oviductus, ubi uterum adiens per tractum duorum fere pollicum coarctatur. Hic ab utero fibrae longitudinales distinctissimae continuantur, et in ea regione ubi oviductus amplificatur, continuo evanescunt. Uterus ipse duplicit strato muscularum tegitur. In externo strato longitudinali directione ab apostomosi oviducti ad vaginae ora, excur- ruunt, in interno membranam quae testam ovi parat circulares ambiunt. Etiam in vagina longitudinales fibrae praevalent, circulares potius in ejus sphinctere colliguntur. Vagina et infundibulum, qua canales fere toti muscu- lares, mirum in modum ductiles sunt, ita ut paullatim dilatando, facile plures digitos intrudere possint. Hic ductilitas contractilitati juncta fuit, quum promovendis simili, et in oribus proxima, elabantur, continendis cor- poribus destinata sint. In intervallis utriusque membranae, a distingue- retur, dauidi multitudine, non uniformiter, sive regulariter, sed etiam irregulariter, de capitulo anteriori epis 6. ex anatomia gallinacearum, et de rebus animalibus, quae in aliis animalibus, et in hominibus, non observantur, et in aliis, Jam ovuli maturi historiam ulterius considerare liceat, sicubi contingat, lucis quidpiam in rem tam tenebris tectam afferre. Dum vitellus ju- stam magnitudinem acquisivit, simul cum eo pedunculus ita crescendo elongatur, ut inter viscera et ovarium retrocedens, epistomii aperturam attingat. Si ovulum remotis omnibus visceribus ex ovario pendulum consideres, videbis complanatas ejus facies ad dextram sinistramque spectantes, stigma vero solo obversum. Quodsi jam viscera addas, ovulum epistomio ita apprimet,

ut partes complanatae sursum deorsumque spectent, stigma vero ab episto- mii rima exosculetur. Infundibulum ejusque limbum, qui ovulum undequa- que lambendo attingit, atque amplectitur tunc non esse ignavum, ejus mus- culosa compages et cognita mobilitas facile evincit.

Rem quidem ita concipio. Os epistomii musculis suis longitudinali- bus dilatatur, ovulumque totum quantum excipit, limbus vero fibrillis quae ad ejus margines longitudinales decurrent crispatur et circa ovuli petiolum con- stringitur. Ita calix ovuli et motibus epistomii et ejus secretis quasi dige- ritur et quum constrictione et pressione, sanguinis circuitus impeditus, om- nem porro nutritionem sistat, extenuatur ad disruptionem usque stigmatis, vitellus tunc profluit et ab infundibulo ulterius excipitur. Propriae tunc epi- stomii fibrillae transversales, quae suturam supra descriptam formant, atque mesometrii superioris et inferioris fibrae initiales, per vices, interiora canalis versus contrahuntur, vitellumque ex aperto calyce penitus elidunt, qui ul- terius per infundibulum promotus ad oviductum intermedium qui albumen secernit pervenit. Epistomium deinceps rursus aperitur calycemque vacuum expellit. Hic conceptus ovuli processus, quamvis eum in vivo oculis obser- vare vix unquam contingat, anatomica tamen organorum structura sat firmi- ter comprobare videtur. Turgescentia quadam infundibuli motus hos peragi haud verisimile est, quum neque eam vasculosam spongiosamque structuram praeseferat, quae organis erectilibus peculiaris est, neque ad eam opus sit recurrere, si musculosum ejus apparatum respicimus.

Situm epistomii relate ad oviductum in gallinis recens mactatis valde varium inveni. Nunc perpendiculariter dependet, nunc ad sinistrum nunc ad dextrum latus decumbens, neque obversum est oviductui, neque ab eo aversum \*) sed penes eum protenditur extremitatibus suis costae penultimae sinistram uteroque affixum.

\*) cf. Al. Monro. Versuch einer Abhandlung über vergleichende Anatomie a. d. engl. Göttingen, 1790. p. 80.

In pluribus gallinis quae ovum perfectum in utero gestabant, ovi maturissimi superficiem jam quasi maceratam reperi, unde inducere ausus sum, limbi actionem quamdam digerentem fuisse expertam. Hoc tempore plerumque etiam in abdominis cavo serum flavescentia, quasi soluto albumine mixtum deprehendes, eumdemque liquorum non raro inter tunicas calycis effusum invenies, cuius significatum assignare nequeo, fors ab exuberantia nisus sanguinis vitelli secernendi derivandum, quales abscessus lactiformes post partum in feminis. Nonnumquam etiam ovulum maturum ruptum ita inveni ut vitellus inter membranas calycis effunderetur, sphaerica ovuli figura in irregularem commutata. Quodsi gallinae oviparae non satis nutriuntur, ovorum formatio cessat, et ea ovula quae ad maturitatem accedebant, singularem mutationem subeunt; rumpitur membrana calycis interna, vitellus in cellulas exterioris membranae effluit, ovulum diminuitur, vitellus albescit et absorbetur; tunc etiam minora ovula sphaericam amittunt speciem et flaccida rugosaque, vitello destituta pendent.

Mirum est quam cito in ejusmodi gallinis, quae ova parere desierant, in mesometriis fibrillae musculares evanescant, ut tunc jam post paucos dies, nonnisi vestigia quaedam eorum, lactei coloris, vix conspicua deprehendas.

7.

Vitellus ab oviductu, exceptus, chalazis, chalazarum membrana, et albumine in progressu suo instruitur. Horum internam structuram optime perspicias, si evolutionem per tractum oviductus prosequaris. Primum quidem, si cicatriculam inquiras, postquam vitellus ab infundibulo jam exceptus est, vesiculam quae prius in cicatrica ovuli descripta fuit, nusquam deprehendes. Pori loco nunc internus circulus blastodermae visendus est, cumulus in nucleus album mutatus esse videtur, et inter utraque spatiolum circulare granulis albis conspersum deprehenditur. Si mechanica sufficeret hujus mutationis expositio dicerem, vitellum ex calyce erumpentem et ab infundibulo exceptum, contractionibus hujus talem expe-

riri agitationem, ut vesicula alioqui tenerrima dilaceretur, humorque effusus cum substantia cumuli mistus partim parietem interni circuli blastodermatis efformet, partim ob fluiditatem majorem loculum sub eo relinguat, partim in granula illa mutetur, residuum denique substantiae albae colliculi sub nuclei speciei remaneat.

Colliquamentum hoc cicatriculae ovi nullatenus commiscendum est cum visicula ovuli ovarii a me descripta, quamvis Buffonius et Malpighius rem ita efferant ut facile quis, verborum magis quam rerum studiosus me crambem repetere clamitet. In cicatrica ovi, quamprimum ovarium reliquit, ad incubationem usque, vesicula propria membrana instructa non reperitur. In incubato jam primis temporibus, unam et plures invenies, de quibus nunc non sermo.

8. *Incubatio ovi, et eiusmodi operis effectus.*

Jam me nunc ad albuminis formationem converto. In initio oviductus, ubi plicae longitudinales membranae mucosae incipiunt, stratum primum tenue albuminis comparet, vitelli membranam undique obtegens, in oppositis partibus, ubi supra et infra oviductus constringitur, nodulo albuminoso pellucido molli instructum, a quo utrinque funiculus albuminosus, rugis laminae internae oviductus circumdatus continuatur, rudimentum chalazarum.

(Fig. 21.) Nullum adhuc tunc vestigium adest fibrarum albarum contortarum, quae centrum chalazarum perfectarum occupant, neque adhuc vitelli membrana a contorsione chalazarum rugis radialibus notatur. Prout motu oviductus peristaltico vitellus ulterius promovetur, stratum super stratum secreti a parietibus albuminis, spirali tractu superadditur. Prima interea albuminis ad vitellum lamina spissescit, et in membranam sat solidam, membranae vitelli arctissime adhaerentem commutatur, a qua interna albicantia stamina chalazarum continuantur. Vitellus adeo in circumdante albumine circa axem suum mobilis, chalazas, membranae suaee affixas, torquendo ita format, ut filum de colo carpitur, et in se ipso pluries atque iterum conformat,

torquetur. In extremitatibus albuminis denique formati laminas in gyros circumactas reperies. Haec non imaginationis figmenta esse optimè liquebit, quodsi ex ultima fere oviductus parte, ovum albumine jam perfecte obductum eximas, et aquae fontanae frigidae recentissimae immersum, post horum lam inquiras. Albumen, quod primum pellucidum hyalinum erat, ab aqua turbatur paullulum et albescit, et fibrillas in superficie sua offert, quae ex fine obtuso a dextris sinistram versus ascendentis; spirali modo ad finem acutum excurrunt. Has, si vulsellam arripias, lamellatim eadem directione discedunt, donec omne albumen ad chalazas usque evolvatur. (Fig. 22.) Jam dum fere ad chalazarum membranam, vitellum obtegentem perveneris, ultima strata mollissima sunt, ut fere vacuum spatum credas; residuum tunc vitelli, quod ad chalazas suapte discedit, mitrellarum instar ex chalazis pendulum. Ex his colligere licet, Fabricium ab Aquapendente rectam omnino ideam de formatione albuminis et chalazarum proposuisse, neque adeo haec ex vitelli membrana germinare et plantarum instar vegetare crediderim.

Membrana chalazifera Dutrochetti \*), initio quidem albuminosa, in progressu per oviductum solidescit, et eandem fere naturam induit, quae est membranae vitelli. Internum albicans chalazarum filum hujus continuatio est, atque a membrana isthac ad interna chalazarum canalis in se plicatus torsioneque clausus protenditur; ac si saccum membranaceum utrinque aperatum sphaerae induas et in utroque polo torquendo occlidas.

Membrana vitelli propria salva atque integra manet, uti in ovarii oculo exstitit, neque per eam communio datur cum canali chalazarum, quo albumen ad interna vitelli perducatur. Canalem quem Léveillé \*\*) vidit, facile demonstrabis, quodsi sub aqua chalazam transversim perscindas. Sed non in quavis succedit, in ea tantum, ubi bis in se torta est, quo torsiones ad se invicem applicatae, canalem internum, quasi spinam cochleae, ne-

cessario formant, qui tamen nullo modo cum vitello communicat. (Fig. 22\*.) Videtur membrana vitelli, quamvis sub microscopio porosa non appareat, humoribus nutritiis undique permeabilis, uti fere in ovulo ovarii accidit, ubi a membrana interna vasculosa sanguinem excipiens, hunc ad interiora dicit, et in vitelli substantiam commutat; idem accidere videmus incipiente pulli evolutione, ubi albumen supra cicatriculam, crateris forma evanidum ad interna discedit. Simile itaque haud sine dubio, per omnem hujus membranae superficiem albumini contingere, facile conjicimus, quin opus sit suctorios canales fingere. Non difficile est, membranam chalaziferam a subjacente vitellina, loco quo chalazae inseruntur, separare, ubi etiam pars ejus, in funiculum torta, in membranam explicatur. Ad hoc feliciter efficiendum, apprehendas vulsellam chalazam prope suam ad vitellum radicem, et ex vitello sub ea pendulo, simul partem membranae vitellinae exscindas eluasque, dein sub aqua, lente mediocri munitus, membranas ambas (vitellinam et chalaziferam) vulsellis duabus, se invicem juvantibus, divellas. Dantur ova, in quibus libero oculo haec patent, membrana chalazifera, laxe tantum ad insertionem chalazarum vitellinae applicata. (Fig. 23.) Dantur alia, ubi funiculus non ad vitelli membranam, sed ad interpositum globum substantiae albuminosae, membrana chalazifera obductae, terminatur.

9.

In plurimis ovis, ex uno alterove funiculo per membranam chalaziferam, in superficie vitelli, una aut plures striae albidae, nunc ex una nunc ex altera parte aut per omnem vitelli ambitum, modo plane inconstanti, continuantur, quasi ibi membrana incrassata aut in se plicata esset.

Sunt isthaec, quae Vicq d'Azyr \*) zonam albicanter vocat, et quae in diversis ovis, diversissime disposita, nec, ut quidam adducunt, constan-

\*) Journal de Physique T. 88, p. 170.

\*\*) Reils Archiv E. IV, p. 418.

\*) Oeuvres T. IV. p. 392.

tem formam et ad vitellum rationem praeseferendo, nil nisi vestigium manifestius membranae chalaziferae praesentant. Plerumque striae haec a minori chalaza excurrunt, quae nonnumquam oblique torta in eas transit. Saepius plures sunt numero, partem aut totum vitelli circumferentiae ambiunt plerumque cicatriculam evitant, nonnumquam tamen per medium procedunt. Si membranam chalaziferam detrahas, plicas earum non raro detergere succedit; plerumque tamen non plicae sunt, sed incrassata, tendinum instar argenteum reddens splendorem, substantia membranae.

Nonnumquam in parte obtusiori ovi, solae ejusmodi striae reperiuntur, neque ullum vestigium chalazae \*); tunc etiam albumen in obtuso fine ovi valde diminutum cernitur et fere omne in fine acutiori accumulatur. Hujus si genesim in oviductu inquiras, dices, a secretionem albuminis minimum praecipitata derivandum esse, quo fit, ut pars vitelli in via per oviductum anterior, membranam ejus ad secretionem copiosam irritet, quae vero cito exhaeritur, ut dum in eundem locum finis vitelli subsequens promovetur, parum adhuc, quod secernatur, supersit. Haec in casu insolito accidentia, rationem etiam reddunt, cur in statu normali, in parte ovi obtusiore minor adsit chalaza, minor etiam copia albuminis.

De albumine tertio inquirens, caveas ne in eandem cum aliis \*\*) illusionem incidas, quae et mihi longius imponebat. Verum quidem est, albumen circa funiculum interiore albicanter chalazae spissius esse, et fere ad gelatinam accedere, quod si, ut melius distinguas tertium appellare velis, non obsum, quamvis paullatim, ad extremitates chalazarum, in albumen reliquum ita transeat, ut fines assignari nullo modo possint; ast quem auctor citatus cumulum circa chalazas depingit, continuatum in zonae formam ad extremitatem ovi alteram, atque et hic chalazam ambientem, et quod albumen tertium designat, revera non est, sed circumferentia albuminis secundi, oblique visi, vitello chalazisque strictius appressi, reliquo albumine

\*) Conf. Léveillé l. c. p. 416.

\*\*) Comes ab Tredern diss. sistens ovi avium historiae prodr. Fig. 2 n. 3.

in fundo vasis, proprio pondere subsidente et effuso. Eandem illusionem videntur passi, qui de normali zona, chalazarum cicatriculam ambiente, et sphaerulam vitelli ratione 80:100 amplectente, loquebantur. Hoc vero phaenomenon nisi in ovis fluidioribus, aut minus recentibus, aut celeri circumactione diffliuis, non observatur.

Nominare quoque solent auctores membranam albuminis propriam; ast, an eam quis viderit valde dubito, nisi prius arte peraverit, quum aqua recens coagulando in albumen agat ubicumque tetigerit. Optime quidem ejusmodi membranam manifestam reddere sequenti modo mihi successit. Ovum recens testa exclusum sub aqua frigida aliquot horas mersum facias. Albumen tunc superficiem solidorem albescentem acquirit. Auferas nunc sugendo aquam albumen ambientem, tubulumque exilem in albuminis substantiam ad chalazae usque radicem intrudas et leniter inspirando albumen infles; intumescit paullatim in bullam, et sexies fere volumine ovi augetur, ejusdemque formam, quodsi bene opera successit, servat integerrimam. Tunc iterum aquam leniter affundas, ut ovum, libere natans, inferiora quoque versus, ubi fundus vasis compresserat, expandatur. Vides tunc vitellum cum chalazis, liberum fere, nisi hae extremitatibus suis, in albumen utrinque transirent, sacco magno inflato oviformi sat solido in superficie aquae fluctuante inclusum. Si tunc superficiem leniter incidas, membranam crassiulus albicanter ab ea detrahere licet, cuiusmodi nova iterum formatur quoties aquam, aut spiritum vini affundas.

In ovo, dum adhuc in oviductu versatur, albumen primum seu fluidum non comparet. At neque in ovo uteri, quamvis jam testa obducta, distinguitur. Albumen tunc secundum membranae testae adhaeret neque li-

gamentum albuminis in parte acutiori discernitur. In ovo mox excluso albumen hoc, dum sub aqua aperitur, non diffuit, sed ovi forma, paullulum pellucidius, secundum circumdat, quamvis jam tunc multo fluidius. Videatur in formatione hujus albuminis aëris atmosphaerici actio, uti dum crassamentum sanguinis formatur, plurimi esse momenti; fors etiam pressio aëris fluidiorem partem ex interstitiis lamellarum albuminis secundi peripheriam versus elicit. Certum est, albumen secundum, dum fluidius illud ex eo nondum separatum est, multo facilius ab aqua recenti cui immittitur penetrari et lamellosam suam structuram prodere. Albumen hoc fluidum eximia plasticitate donatum est, uti comparet, dum ovum sub aqua recenti aperias ubi diffluxum brevi in membranas fibrasque tenerrimas condensatur.

Quodsi ludum amoenum tibi parare velis, aperias primum in patella ovum quin aquam adhibeas; tunc facile distinguetur albumen fluidum quod in fundo vasis diffusum est, a spissiore quod vitellum circumdat; partem hujus deinde tubulo exili insugas et aquae recenti, aut gallarum solutioni aqua dilutae instilles, aut tractim subsidendo effundas: formantur tunc elegantissimi sacculi, vasa, membranae, cellulae, fibraeque, ut vix a veris organicis productis distinguere valeas, proditurque adeo processus, quo natura plasmata sua struere videtur.

12.

Ovum dum albumen in oviductu acquirit paullatim ulterius promovetur, donec ad isthnum peryeniat qui inter oviductum et uterus intercedit. In progressu suo non ecquidem eodem modo movetur, quo intestinorum muscosis parietibus contentum propellitur. Motum hunc potissimum fibrae musculares mesometriorum perficiunt, dum oviductum huc et illuc trahendo sinuant torquent atque constringunt. Pars tunc membranae ejus mucosae quae vitellum ambit, albumen membranarum forma secerit, quod continuo huic adglutinatur, pars vero ante et post vitellum in se ipsa contracta albumini secreto funiculi tantum formam concedit qui spir-

liter promotus in se ipso contorquetur et in utroque ovi polo accumulatur; plerumque hac torsione ad radicem qua vitello applicatur redit et ibi in reliquo albumine disparet. (Fig. 24.) Quod a latere axis vitelli chalazae inserantur servitium hoc praestat, quod punctum gravitatis vitelli semper in suam partem trahant, quo fit, ut cicatricula semper supremum vitelli locum occupet, proximum calori incubantis gallinae exponendum.

Dum ovum apparatu mechanico celerime longiusque circumagis, chalazae inde numerosiores contorsiones non acquirunt, ast ligamentum albuminis brevi detortum a testa abripitur.

13.

Quo loco membrana testae primum incrementi initium sumat, nondum mihi comparuit, quamvis gallinas ovigeras plurimas aperuerim. Fors jam in isthmo inter oviductum et uterus, intensior ejus lamina albumini accedit, exterior simul cum testae substantia in utero secernitur. Singulare fibrarum muscularium in isthmo concursus singularem etiam ibi actionem indigitat. Fors diutius isthmus occlusus manet donec albumen perfectum sit, fors ovum per utriculum oviductus iteratis vicibus promovetur et removetur donec volumine completo stimulum sufficientem in ejus parietes exerat quo ad ejus promotionem vehementius irritetur; longitudinales tunc contrahuntur isthmi fibrillae quo circulares uteri qua isthnum excipiunt superantur, ovumque ex oviductu in uterus paritur.

14.

Situm ovi, dum adhuc in utero recens est, semper talem inveni, ut pars acutior vaginam, obtusior basim spectaret, in ovo vero jam penitus formatu, ubi jam nisum ad partum expertum est, nunc obtuso nunc acuto fine vaginæ oribus appositum reperi.

Fors tunc sub labore ad partum ovum saepius volvitur, donec situm com modum acquirat. Membrana testae structuram sub microscopio tomentosam offert, (Fig. 25.) maceratione non superatur, ejus exterior facies a crystallo rum radicibus quibus testa constructa est asperior. Dum testa formatur, re peris eam primum minutissimis micis calcareis, fere aequalibus polygonis aspersam (Fig. 26, 27.) quae, cumulantur et concrescant, interstitia inconspi cuia relinguendo quae transpirationi inserviant.

*Quae transpirationi inserviant.* *Membrana testae* *conspicua* *re-*  
*languendo* *quae* *transpirationi* *inserviant.*

Ast finem disserendi impono, ne Tuam Vir excellentissime porro patientiam divexem. Paucula haec quaeso, quae ob angustias temporis mihi concessi, et ob vires non adeo validas immatura adhuc et incongesta video, benigna mente excipias, et ad animum potius sincerum, Tibique a primis inde meis scientiae naturalis delibationibus studiosissimum respiciens, munuscum hoc amico obtutu intueare. Te vero nobis et omnibus qui doctrinis tuis dona copiosissima accepta ferunt, et quorum numerus certe vix as sequendus, juvenili, quo lucusque, animi corporisque vigore, conservet Deus Optimus Maximus, iterum iterumque efflagitamus.

## EXPOSITIO TABULARUM.

- 1. Particula membranae vitelli, cum cicatricula ei adhaerente in cuius centro porus pellucidus conspicitur.
- 2. Idem objectum microscopio adauratum, in poro vesicula conspicua.
- 3. Cumulus cicatriculae, qui interiora vitelli cernit; in ejus cacumine crater exiguus, interna pori apostomosis.
- 4. Idem cicatriculae cumulus ex opposito visus.
- 5. Cumulus in fundo vasis aqua resorpta diffluus, porus inde dilatus vesiculam in medo manifestat.
- 6. Vesicula distinctius visui sistitur, substantia colliculi dimidia parte ablata.
- 7. Vesicula inflexa cicatricula in epigrapho visa.
- 8. Vesicula parti membranae vitellinae adhaerens.
- 8\*. Pars membranae vitelli cum vestigiis zonulae et vesiculae dilaceratae.
- 9. Vesicula cum colliculo in medio discissa.
- 10. Cicatricula aucta ovi jam enixa, cum duplice circulo blastodermatis, et nucleo in centro albicante.
- 11. Eadem cicatricula sublatu interno circulo blastodermatis quo canum colliquamenti cum nucleo nudo et granulis farinosis conspi ciatur.
- 12. Ovulum ovarii non maturum, in quo cicatriculae vestigium cernitur.
- 13. Eadem cicatricula ex ovulo extracta parti membranae vitellinae adhaerens.
- 14. Ovulum adhuc minus ovarii cum nota vesiculae.
- 15. Idem dississum et auctum, vesiculam continens.
- 16. Vitellus a cicatricula incipiendo perpendiculari directione divisus. In centro latebra liquorem album continens, ex qua canalis ad cicatriculam continuatur.

- Fig. 17. Vitellus horizontali directione discissus, ubi strata diversicoloria substatiae vitellinae cernuntur.
- Fig. 18. Pars vitelli cum canali ad cicatriculam.
- Fig. 21. Vitellus cum primo strato albuminoso unde membrana chalazifera exoritur, cum adnexis primis initii chalazarum quales supra et infra inter plicas oviductus reperiuntur.
- Fig. 22. Repraesentat albuminis vitellum ambientis structuram lamellosam.
- Fig. 22.\* Pars chalazae abscissa, in cuius segmento canalis conspicitur ex interni chalazae filii spiris exortus.
- Fig. 23. Pars membranae vitellinae cum adnexa membrana chalazifera in chalazam continuata.
- Fig. 24. Vitellus cum suis chalazis et zonula albicante Vieq d'Azyri.
- Fig. 19. Repraesentat oviductum gallinae cum infundibulo utero et parte vaginae: a. Uterus ovo gravidus. b. Vagina. c. Fibrae muscularares quae ad vaginam, ad latera uteri et ad mesometrium inferius vergunt. ddd. Mesometrium inferius, discernuntur in eo fibrae muscularares et vasa directione parallelia cum oviductu decurrentia. e. Limbus fimbriatus infundibuli. f. Infundibuli epistomium. g. Ligamentum infundibuli radici costae penultimae lateris sinistri affixum. h. Pars abscissa sacci aeriferi ligamento inserta.
- Fig. 19\*. Pars oviductus posterior ubi in istimum transit, cum adnexo mesometrio fibris muscularibus nervis atque vasis pertexto.
- Fig. 20. Pars fimbriae infundibuli aucta reticulis muscularibus pertexta.
- Fig. 25. Pars membranae testae cuius margo structuram tomentosam offert.
- Fig. 26 — 27. Particulae testae cum subjacente membrana dum crystallando formatur.
- Fig. 28. Oviductus formam dilucidat: linea media canalis ostium.